Ex Edmundo Martene t. 2. de antiquis Eccl. ritibus lib. 1. Cap. 9.

§. 1. de secundis Nuptiis.

Secundae nuptiae benedictione carent ex lib. 6. Capitularis Regum Francorum c. 130: Orphani ex propinquitate sui sanguinis usque ad septimum gradum connubia non ducant: neque sine benedictione sacerdotis qui ante innupti erant nubere audeant. Et Guilelmus Durandus in Rationali Divinorum officiorum lib. 1. c. 9. Nuptiae benedicendae sunt a sacerdote cum precibus, et oblationibus. Verumtamen vir et mulier ad digamiam transiens, matrimonium contrahendo, non debet a presbytero benedici ... Non ergo debent nuptiae benedici, nisi ubi virgo cum virgine contrahit.... Secundum quorundam locorum consuetudinem, si quis contrahat cum secunda virgine, benedictio iteratur. Nec apud Graecos coronabantur secundo nubentes ex epistola Theodori Studitae quam refert Leo Allatius de Consensu Eccl. Orient. et Occid. lib. 3. cap. 13.

Non poterant fieri absque sacerdotis assensu etenim lib. 6. Capitul. Reg. Franc. n. 408, prohibet ne Christiani viduas atque [illegible]orum sacerdotum consensu et conhibentia plebis ducere praesumant.

Saepe eas tulit Eccl. Amb. lib. de Viduis c. 11. Non prohibemus ~~secundas nuptias, sed non probamus~~ saepe repetitas, et ex antiquioribus bigamiam fornicationem appellavere plures PP. Athenagoras legat. pro Christianis. Theophilus Antiochenus lib. 3. ad Autolycum, Irenaeus lib. 3. adv. haereses c. 19. et alii apud Jo. Bapt. Cotelerius in Notis ad lib. 2. Pastoris c. 4. Martene cit. art. 1. n. 9.

Nec ante annum de quo erat lex in Codice Theodosiano lib. 3. titulo 8. de secundis Nuptiis. Si qua ex foeminis perdito marito, intra anni spatium alteri festinavit innubere ...... probrosis inusta notis, honestioris nobilisque personae et decore et jure

UNIVERSITARIA DE

Ex Edmundo Martene t. 2. de antiquis Ecclesiæ ritibus lib. 1. Cap. 9.

§. 1. de secundis Nuptiis.

Secundæ nuptiæ benedictione carent ex lib. 6. Capitularis Regum Francorum c. 130: Christiani ex propinquitate sui sanguinis usque ad septimum gradum connubia non ducant: neque sine benedictione sacerdotis qui ante innupti erant nubere audeant. Et Guilelmus Durandus in Rationali Divinorum officiorum lib. 1. c. 9. Nuptiæ benedicendæ sunt à sacerdote cum precibus, et oblationibus. Verumtamen vir et mulier ad digamiam transiens, matrimonium contrahendo, non debet à presbytero benedici ... Non ergo debent nuptiæ benedici, nisi ubi virgo cum virgine contrahit.... Secundum quorumdam locorum consuetudinem, si quis contrahat cum secunda virgine, benedictio iteratur. Nec apud Græcos coronabantur secundo nubentes ex epistola Theodori Studitæ quæ refert Leo Allatius de consensu eccl. Orient. et Occid. lib. 3. cap. 13.

Non poterant fieri absque sacerdotis sensu etenim lib. 6. Capitul. Reg. Franc. n. 408, prohibet ne Christiani viduas atque [illegible] sine sacerdotum consensu et conhibentia plebis ducere præsumant.

Quippè eas tulit Ecclesia. Amb. lib. de Viduis c. 11. Non prohibemus secundas nuptias, sed non probamus sæpè repetitas, et ab antiquioribus bigamiam fornicationem appellavere plures PP. Athenagoras legat. pro Christianis. Theophylus Antiochenus lib. 3. ad Autolycum, Irenæus lib. 3. adv. hæreses c. 19. et alij apud Jo. Bapt. Cotelerius in Notis ad lib. 2. Pastoris c. 4. Martene Cit. art. 1. n. 9.

Nec ante annum de quo extat lex in Codice Theodosiano lib. 3. titulo 8. de secundis Nuptiis. Si qua ex fœminis perdito marito, intra anni spatium alteri festinavit innubere ...... probrosis inusta notis, honestioris nobilisque personæ et decore et

jure

UNIVERSITARIA DE

jure privetur, atque omnia, quae de prioris mariti bonis, vel jure sponsaliorum, vel judicio defuncti conjugis consecuta fuerat, amittat. Et sciat nec de nostro beneficio vel adnotatione sperandum sibi esse subsidium.

Poenitentiae subjacebant: in excerptis Egberti Eboracensis Archiep. legitur hic canon num. 89: Presbyterum convivio secundarum nuptiarum interesse non debere, maximè cum petatur secundis nuptiis poenitentiam tribuere.

Adeo eas in his Regum abhorruit Hispaniensis ecclesia, ut in Concilio Tolet. XIII. an. 683. can. 5. haec tulerit: „Nulli ergo licebit superstitem Reginam sibi in conjugio ducere, „non sordidi contractus maculare. Non hoc secuturis regibus licitum, non cuiquam hominum licebit esse permissum. „Quod si facere tale aliquid quisquam praesumpserit, quo aut „superstitem reginam post decedentis principis mortem, sibi „in connubio copulet, aut adulterina pollutione contaminet, „sive sit Rex, sive quilibet hominum, qui hujus nostrae sanctionis sententiam violare praesumpserit, sit ab omni Christianorum communione seclusus, et sub gehennis cum diabolo „contradatur ignibus exurendus. Quicumque igitur hujus Synodi nostrae „praesumpserit convellere vel abradere sanctionem, sit nomen „ejus abrasum et deletum de libro vitae, ut tantaneas judicii poenas excipiat, quibus haec decreta honestatis devoverit violanda. Cujus canonis praxim faciliorem reddere volens Caesaraugustanum Concilium III. canone 3. statuit, ut Regina relicta statim post viduationem Virginum coenobio mancipetur, ubi, infra claustra monasterii jugi sedulitate persistens, atque sanctimonialem vitam peragens de regno temporali, opitulatione divina ad regnum aeternitatis mereatur pervenire.

Tamen benedictionem, qua secundo nubentes privantur, esse quam in velatione largitur nuptis ecclesia, non autem, qua confestim Matrimonii sacramentum, ajente tradita Nicolao I. cap. 3. in Responsis ad consulta Bulgarorum: Primum in ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per sacerdotis manum, statuuntur; sicque demum benedictionem et velamen caeleste suscipiunt .... Verumtamen velamen illud non suscipit, qui ad secundas nuptias migrat.

§. 2. de benedict. sacerd.

A sacerdote autem Sacramentum Matrimonii benedici plurima statuunt rituaria, et synodi. Concilium Remense an. 1583. Porro Matrimonii benedictio non nisi sub finem missae, cui interfuerint contrahere volentes, nec ante quartam matutinam, nec post meridiem conferatur. Peccare autem graviter admonemus eos, qui noctu vel clanculum benedictionem nuptialem sibi dari procurant propter metum maleficii. Concilium Rotomagense an. 1072. cap. 13. Ne nuptiae in occulto fiant, neque post prandium, sed sponsus et sponsa jejuni a sacerdote jejuno in monasterio (nempè in ecclesia) benedicantur. Concil. Nemausiense an. 1284. statuit ut qui tarde venerint, et tandem post missam, ad ecclesiam pervenerint, licet missam non audierint illa die, detur eis benedictio nuptialis. Videantur statuta Joan. Nannetensis Episc. n. 5. edita a Martene t. 4. Anecdotorum. Tertullianus lib. 2. ad Uxorem: Unde sufficiam ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod ecclesia conciliat, et confirmat oblatio, et obsignatum Angeli renuntiant, pater rato habet? Et in

libro

libro de Pudicitia: Penes nos occultæ quoque conjunctiones, id est non prius ad Ecclesiam professæ, juxta moechiam et fornicationem judicari periclitantur. Et libro de Monogamia ait Matrimonia esse facienda Coram episcopo, presbyteris, diaconis, intervenientibus etiam viduis. S. Hormisdas Papa ap. Grat. 30. q. 5. Nullus fidelis cujuscumque conditionis occultè nuptias ~~faciat~~, sed benedictione à sacerdote accepta publicè nubat in Domino. Acta S. Amatoris Antissiodorensis episc. ap. Boll. 1. Maij. Matrimonij ritibus, et ceremoniis, pompis relati subinferunt: Invitatur de more religiosorum ad interiorum thalami Valerianus episcopus, ut conjunctionis eorum auspicium Dominicis invocationibus confirmaret. et quia pr. canones Valerianus legerit orationes pro ordinandis levitis loco earum quæ adducuntur in benedictione nuptiali, adversus se conjuges, de castitate servanda quasi divinitus admoniti, statuerunt, volentes uti matrimonio ^regale^ ~~non~~ benedicto, ita in Actis relatis ex Stephano eorum auctore, et ex lib. de episcopis Antissiodorensibus in Valeriano et amatore.

Item Joannes Patriarcha Constantinopolitanus, ab imperatore Mauricio rogatus, ejus benedixit nuptias in palatio, uti refert Theophylactus Simocatta lib. 1. Hist. Mauricianæ.

Concil. Carthaginense IV. cap. 13. Sponsus et Sponsa, cum benedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus suis, vel paranymphis offerantur: Qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant. S. Cæsarius episcopus Arelatensis teste Cypriano lib. 1. vitæ ipsius n. 34. Statuit

etiam

etiam, ut nubentes ob reverentiam benedictionis ante triduum conjunctionis eorum eis benedictionem in ^basilica^ ~~ecclesia~~ tribuat. Verba Concilij Carthag. citat Egbertus Cap. 88. excerptorum. et Burchardus lib. 9. c. 5. eadem penè refert ex Concil. Valentino Cap. 101. et etiam reperiuntur in Capitulari Attonis Vercellensis episc. Cap. 94. Spicilegij tom. 8. Idem etiam usus apud Græcos obtinuit, ut enim refert Balsamon in supplemento Canonum, Lucas Patriarcha sponsos, qui ipso die matrimonij ad rem veneream coëunt, pœnis subjecit.

§. 3. de sacerdotis ministerio, in matrimonijs peragendis.

Ord. 1. Missale Gelasianum, et MSS. Codices Remensis, et Gellonensis annorum 900. in actione nuptiali hanc orationem post communionem Missæ ultimam adfert, et dicit sacerdos: Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ut quod NOSTRO MINISTRATUR OFFICIO, tua benedictione potius impleatur. Per Dominum &c.

Ord. 2. Missale MSS. Redonense ab annis 700. scriptum, et in Bibliotheca S. Gatiani asservatum, hanc profert formam Benedicendi contrahentes: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, ipse vos conjungat, impleatque benedictionem suam in vobis.

Ord. 3. Pontificale Monasterij Lyrinensis MSS. annorum 600. eamdem ferme formam exhibet, ut post datum annulum pronubum, sacerdos super sponsos dicat. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob sit vobiscum, et ipse vos conjungat, impleatque benedictionem suam in vobis, qui vivit. &c. ~~Deinde~~ ^ante^ ~~post~~ Pacem ~~Missæ~~ ~~pro~~ profert orationem: Propitiare, Domine, supplicationibus nostris,

et

+

et institutis tuis, quibus propaginem humani generis ordina-
benignus assiste; ut quod te auctore conjungitur, te auxiliante
servetur. Per Xpistum Dominum nostrum.

Ord. 4. Codex MS. Victorinus n. 634. annorum 500. benedictio-
nem sponsorum sic habet: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus
Jacob, ipse vos conjungat, impleatque benedictionem suam
in vobis, qui in Trinitate perfecta vivit, et regnat. Per om-
nia secula seculorum. Deinde primam Missæ orationem
super eos sic ordinat: Exaudi nos omnipotens et misericors
Deus, ut quod NOSTRO MINISTRATUR OFFICIO, tua
benedictione potius impleatur. Per Dominum &c. Deinde
antequam dicatur Pax Domini, dicit orationem: Propi-
tiare, Domine, supplicationibus nostris et institutis tuis, quibus
propagationem humani generis ordinasti, benignus adsiste,
ut quod te auctore jungitur, te auxiliante servetur. Per &c.

Ord. 5. MS. Pontificale Ecclesiæ Arelatensis ante annos 400. spon-
sorum, primam missæ sup. sponsos orationem, in qua nup-
tiæ conferuntur, et contrahitur Matrimonium, sic adfert:
Exaudi nos omnipotens et misericors Deus, ut quod
NOSTRO MINISTRATUR OFFICIO, tua benedictione potius
impleatur. Post missam autem hæc præscribit agenda:
Deinde accipiat sacerdos dexteram viri, et sinistram
puellæ, et dicat:,, In nomine Patris, et Filii, et Spiritus
,, sancti. Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, ipse sit
,, vobiscum: ipse vos conjungat, impleatque benedictionem
,, suam in vobis.

Ord. 6. Pontificale MS. Ecclesiæ Antissiodorensis annorum 400.

sic sponsus

Passer unaosa

+

fideique conjugalis, imponit manui dexteræ sponsæ, summita-
temque stolæ in modum crucis imponit ambabus sponsorum
manibus, et aperte dicit:

Ego authoritate sanctæ matris Ecclesiæ, qua fungor, con-
jungo vos in matrimonium, Per signum crucis super eos
faciendo. In nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † sancti. R. Amen.

Deinde aqua benedicta eos aspergit dicens:

Per aquæ benedictæ aspersionem det vobis omnipotens Deus
suam gratiam et benedictionem.

Edmundus Martene cap. 9. lib. 1. de ant. eccl. rit. art. 3. n. 6.
hæc habet, ex quibus adversum nos non parvum conficitur
argumentum:

VI. Constituto ad celebrandas nuptias die adveniente, spon-
sus et sponsa benedicendi a parentibus aut paranympho, qui
ut ait S. Augustinus serm. 293. erat (amicus interior conscius
secreti cubicularis) sistebantur sacerdoti ad portas ecclesiæ, qui
secundum quosdam eos interrogare debebat de fide quam
profitebantur. Deinde datis sibi mutuo dextris, exigebat ab
utrisque consensum, in quo totam sacramenti matrimonii essen-
tiam reponebant antiqui. Inaudita quippe apud eos erant
illa verba parochi: Ego vos conjungo in nomine Patris, &c.
in quibus aliqui ex recentioribus Scholasticis formam hujus
sacramenti constituunt, quæ tamen desiderantur in duo-
bus antiquis Ritualibus mss. Beccensis Monasterii, in Pontifi-
cali Senonensi annorum 300. in antiquo Rituali Bituri-
censi et in aliis pene omnibus quæ a nobis postea exhibe-
buntur: quibus adjungere possemus Constitutiones Richardi
episcopi Sarum anno 1217. editas cap. 56. in quibus hæc

lego: (

+

Ego: (Item præcipimus quod sacerdotes doceant personas contrahentes hanc formam verborum in Gallico vel in Anglico: Ego N. accipio te N. in meam. Similiter et mulier dicat: Ego accipio te in meum. In his enim verbis consistit vis magna et matrimonium contrahitur.)

+

sponsis benedictionem tribuit: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, ipse vos conjungat, impleatque benedictionem suam in vobis. Per Christum Dominum nostrum. Quam in eorum benedictione intra thalamum repetit à sacerdote dicendo, et concludit Deus &c. ipse conjungat vos in vobis. Amen.

Ord. 7. Missale MS. insignis ecclesiæ Rotomagensis, cujus caracter accedit ann. 400. sic contrahendum præcipit Matrimonium, ut post exquisitum ab sponsis consensum, sacerdos sponsam det viro, dicens verbis latinis: „Et ego conjungo vos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti Amen et post datum istis annulum dicat sacerdos: Oremus. Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob sit vobiscum; et ipse vos conjungat, impleatque benedictionem suam in vobis. Per Dominum nostrum.

Ord. 8. Pontificale MS. ecclesiæ Lugdunensis, ante annos 300. scriptum, quod etiam usui fuit ecclesiæ Tarentasiensi: post datum annulum et perquisitum consensum sic sponsos benedicere jubet: Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob, ipse vos conjungat, impleatque benedictionem suam in vobis. Deinde primam orationem Missæ, Exaudi nos &c. ut sup. profert. et in fine Missæ, hæc præscribit: Hic moneat eos presbyter, ut triduo se custodiant à pollutione carnis, et accipiens eam (sponsam) per manum reddat viro, dicens: „Accipe eam in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. „Deus Abraham et Deus Isaac, et Deus Jacob, sit vobiscum, „impleatque benedictionem suam in vobis. Amen.

Ord. 9. MS. Pontificale ecclesiæ Ambianensis. post exquisitum ab sponsis consensum ordinat hæc: Et debet sacerdos manus viri et mulieris simul jungere, dicendo: „In nomine Patris, et Filii, et „Spiritus Sancti. Amen. Deinde posito in digitis eorum annulo

annulo, super eos debet proferre: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, sit vobiscum, ipse conjungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis. Per Christum Dominum nostrum.

Ord. 10. Ex ms. missali insignis ecclesiæ Parisiensis annorum ca. 300. quod olim fuit Ludovico Card. Borbonio, extatque in Bibliotheca regia n. 4226. post exquisitis ab sponsis consensus, dicit; Quod sacerdos extensa super eos manu dicat: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, sit vobiscum: ipse vos conjungat, impleatque benedictionem suam in vobis. Per Christum. Et inchoata Missa secundam exhibet orationem: Exaudi nos, omnipotens et misericors Deus, ut quod NOSTRO &c. ut supra.

Ord. 11. Vetustum Rituale insignis ecclesiæ Catalaunensis, etiam ad contrahendus de futuro benedictionem præscribit: Et postquam dederint consensum per verba de futuro sacerdos dicat: „Et ego affido vos in nomine Patris † „et Filij, et Spiritus Sancti. Amen. Deinde aspergat eos aqua benedicta.

Ord. 12. Vetus Rituale Lemovicense: INCIPIT MODUS ADMINISTRANDI MATRIMONIJ SACRAMENTUM. Presbyter vocatus pro affidatione maritandorum, viro et muliere præsentibus dicit: „Vultis &c. Similiter promittit mulier viro. Et his dictis, presbyter dicit: „Affido vos in nomine † Patris „et Filij, et Spiritus-Sancti. Amen. Et sic affidati sunt, et aqua benedicta asperguntur. Postea tradito sponsi annulo, presbyter dicit: „Quod Deus conjunxit, homo non separet: In nomine „Patris, † et Filij, et Spiritus-Sancti. Amen. Et subjungit: „Deus „Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, ipse conjungat vos, impleatque „benedictionem suam in vobis. Amen. Aliqui vero servant aliam formam, ut sequitur: ponitque quasdam preces, orationem,

tionem, et commonitionem, traditoque sub certa formula annulo sponsalitio, hæc præscribit: Et in FORMA ECCLESIÆ dicit presbyter: „Desponso vos in nomine † Patris, et Filij, et Spiritus-Sancti. „Amen. Et subjungit: „Deus Abraham, Deus Isaac, &c. ut supra. Et post ea benedictione thalami, sequitur Alia benedictio super sponsum et sponsam, quæ ita concluditur. Et dat eis de pane cum vino: et presbyter recedit sic dicens: „Demeurez en paix, Dieu demeure avec vous.

„ Nullus fidelis cujuscumque conditionis sit, occulte nuptias „faciat, sed benedictione accepta à sacerdote publice nubat in Do„mino.

„ Item sponsus et sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote, „à parentibus vel paranymphis offerantur in ecclesia, qui cum ac„ceperint benedictionem, eadem nocte pro reverentia benedictio„nis in Virginitate permaneant.

FINIT OFFICIUM NUPTIARUM.

Ord. 13. Vetus Manuale ad usum diœcesis Remensis editum totum desponsationis præparationisque ordinem signat, cumque annulus traditus est, et acceptus: Deinde presbyter dicat: Desponso vos in facie ecclesiæ. Et illi aqua benedicta conspersi intrant eccl.

Ord. 14. Rituale Leodiense sub titulo RITUS ET FORMA CELEBRANDI SOLEMNITER SPONSALIA, habet hæc: „Qua promis„sione mutua ac reciproca legitime facta, perget in hæc verba „Pastor. Ego igitur tamquam publicus Ecclesiæ Dei Minister, in persona et nomine ecclesiæ hanc vestram mutuam promissionem accepto, et approbo, vos serio(?) admoneo, et requiro, ut juxta nostræ diœcesis Leodiensis consuetudinem, infra quadraginta dies proxime sequentes procedatis ad matrimonium legitime in facie ecclesiæ inter vos contrahendum, denuncians simul vobis, ne ante matrimonium, ut præmittitur, contractum

conviv-

commisceamini carnaliter, ut non incidatis in excomu-
cationis poenam ipso facto, per statum synodale in tale
cretum. Et postmodum sub titulo RITUS ACFORM
SOLEMNIOER CELEBRANDI SACRAMENDUM
TRIMONIJ: praescribit quae, et quomodo sponsos interr
re debet sacerdos, qui alligatis dexteris eorum pronu
parte dextra stolae, cum signo crucis dicet: In nomine
et Filij, et Spiritus-sancti inchoetur mysterium. rel
verbatim monitionibus quas Rovis facere debet sacerd
sic formam praescribit Matrimonij consecrandi: De
admonitis ambobus, si jam contracti matrimonij quali
benedictionem admittet, ut eam devotè cum gratiarum
actione suscipiant: sacerdos signo benedictionis seu cru
super eos manu facto, venerabundus pronuntiet:

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus qui pro
plastos conjunxit in paradiso, ille vos in Christo benedica
et crescere faciat in gentem magnam, In nomine Patr
et Filij, et Spiritus Sancti.

Ord. 15. Rituale Ambrosianum jussu Caesaris Monti j Car-
dinalis, et Archiepiscopi Mediolanensis editum, habe
ORDO CELEBRANDI MATRIMONIUM. „Parochus
„Matrimonium celebraturus etc. praescriptisque caerim-
nijs, et modum verbaq., quibus Parochus exquirere a
sis debet consensum, quo verbis sensibilibus manifeste
sese mutuo accipere, sic prosequitur formam collatio
sacramenti describens: Quibus consentientibus, Paroch
dicit haec verba Evangelij: Quod Deus conjunxit homo no
separet:

Interea sponsi genua flectunt, et Parochus dexteram
sponsi dexteram prehendit, et significationem vincul

Adeu

Volver à tres ojas antes